

1583. iē 10. Obris. Ex ms. Bibl. Litu: n^o 255.

Ad Ducem Prussia a Regia Maje:
state.

Ex mss. libl. Latuski, 255.

[Mittit Joh. Lamascium, ut pignora debi:
ti cuiusdam nomine a Regia Majestate
interposita solutione facta recipiat.]

142

Illustris Princeps, amice noster charissime,
Quod saepe ostendimus, gratissimum Illustri:
tatis Vestre erga Nos studium in danda pe:
cunia mutua, ac deinceps ejusdem ^(solutione) proferen:
da ^{praesertim} Nobis accidisse: idem ^{quum} nunc
etiam faciendum existimarem, ut pro
eo Illustritatis Vestre officio gratias ei habe:
remus. Non minus tamen re ipsa etiam
deinceps operam dabimus, ut, quantum
in Nobis est, vicissim omni nostra erga eam
benevolentia significatione, ^{huc} ejus in
nos voluntate, ^{quum} quam ^{cum} alijs plurimis in
rebus, tum hac ipsa abunde Nobis delecta:
ravit, respondeamus. Ac pecuniam quidem
eam, ^{quum} cum ut ad ^{divi} Michaelis, qui ultri:
mus solutionis dies prestitutus erat, sine
mora Illustritati Vestre numerari cu:
rarit, Magnifico Regni Thesaurario nostro
mandaverimus, quin huic nostra volun:
tati satisfactum ab eo sit, solutionemq;
ejus ^{nostrae} Illustratae Vestrae jam acceperit, dubi:
tandum Nobis non arbitramur, Jam ve:
ro Generosum Johannem Lamascium,
Secretarium nostrum, ad Illustritatem
Vestram mittimus, qui pignora debiti
ejus a Nobis interposita, ab Illustritate
Vestra accipiat, atque ad Nos referat.

Ex

Novatouphi

Ex quo ^{quum} cum de nostra quoque erga se bene:
volentia copiosius ^{ustri} Illustas ^{est} Vra intellectu:
rasit, ut fidem illi dicenti habeat, aman:
ter ab Illustritate Vestra postulamus,
eamque quam optime valere cupimus. du:
blini, ¹⁰ A Octobris, Anno 1583.